



Iesu, Maria, Ioseph.

P R O
ADMODVM REVE
RENDO PRIORE, ET REGALI CONVEN-
tu Sancti Hieronymi Vallis de
Hebron.

C O N T R A

ADMODVM ILLVS,
TREM ARNALDV M DE SERRALTA, OR-
dinis S. Ioanni Ierosolimitanen, &
in eo Priorem Cathaloniæ.

Referente Nobili Raphaele de Moxo Regio Consiliario
in Bajulia Generali.

In Actis Mariano Ruffasta Not.



VBIVM in præsentiarum pro
nunc habitum in eo vnicè sis-
tit, an probatus in processu
re periatur valor moneti. Ia-
quensis itavt ferri valeat sen-
tentia super eo quod importa-
re possit estimatio dictæ mo-
ne-

A

netæ ultra Barchinonensem? Quod quidem dubium
in favorem dicti Prioris, & Conventus resolven-
dum esse sequentibus facile suadetur.

2 Probatum enim plené in processu existit
Monitam Iaquensem eiusdem estimationis, & va-
loris esse ac argenteam, ita ut una libra Iaquensis for-
metur ex uno regali de octo, & altero de duobus:
vulgariter dictis *vn Real de vuyt, y vn de dos*. Et ita
comuniter, & publicè ab omnibus aestimare.

3 Atque ideo juxta dictam aestimationem re-
gulanda esset sententia in praesenti causa, ferenda,
licet obligatio solvendi in dicta moneta originem
trahat antecedenter ab anno 1382. quia qualis nunc
probatur valor monetæ præsumitur etiam, & de
tempore preterito eiusdem estimationis fuisse ut
obtimè Hieronymus Grattus consil. 12. num. 78. vol.

1. Et cum eo noster Cancer var. par. 2. cap. 6. num.
147. ibi: *Vbi cesserit, ducatos in praesentia, certo valore*
currentes, præsumi eorum de tempore preterito eadem esti-
matione cucurrisse cum ex praesenti, in praeteritum præsu-
matur lex persona, & lex sive possidetis Cod. de probatio-
nibus, &c.

4 Et merito quia consuetudo quæ nunc viget
retro præsumitur quoque bene Grammat. decis. 64. n.
39. Natt consil. 43 l. n. 29. Mascard. de probat. conclut.
1195. n. 47. Cesar Manent. de iure contra libel. quest.
3. n. 75. quos refert, & sequitur. Peregrin. lib. 3. consil.
11. num. 35. Canc. part. 1. cap. 15. num. 60.

5 Regulareque est ex praesenti statu probari
preteritum si compatibles sunt. Nicolans Everard.
in topicij legalibus loco à tempore ad tempus n. 20. Men-
nnoch. ut præsumpt. lib. 1. quest. 24. n. 44. cum seq. &
consilio 374. num. 83. & consil. 378. num. 81. Canc.
part. 1. cap. 15. dicto n. 60. Rotta. part. 1. recentior.
decis. 233. num. 1. ubi plures eiusdem Rottæ referuntur
decis.

decisiones Magistraliter Luterius de re beneficiaria lib.

1. q. 8. p. 9. & quæst. 4. num. 358. & lib. 2. q. 7. n.

46. Pirrus Corradus. in *praxi beneficiaria lib. 1. cap. 6.*
num. 313. cum seq. vbi plura adducit.

6. Cum ergo cōpatibilis sit status præsens cum
præterito circa valorem dictæ monetæ Iaquensis,
& alias verisimilis sit; nec pars cōtruria oppugnat;
fatendum ex supradictis necessario venit ferendā
esse dictam sententiam juxta valorem dictæ mo-
netæ Iaquensis probatum in processu.

7. Tandem autem omne exterminat dubium
magistralis doctrina Cancerij part. 2. cap. 6, n. 146.
ibi: *Circa prædicta oportet advertere, quod si ignoretur*
quis fuerit valor pecuniae tempore contractus, debitor li-
beratur solvendo monetā currentem tempore solutionis,
secundum eius estimationē: ita Corneus consil. 181. Pur.
in dict. l. cum quid num. 173. Curtius Iunior. consil.
24. col. 4. quos refert, & sequitur Hieron. Gabriel. dict.
consil. 164. num. 2. Dum ergo dubitari velet de va-
lore dictæ monetæ Iaquensis de tempore contrac-
tus solvenda illa est juxta estimationem quam ha-
bet nunc dicta moneta Iaquensis.

8. Finaliter dicitur, quod moneta solvenda est
juxta valorem de tempore solutionis, quādo illius
bonitas intrinseca non est mutata: iuxta receptio-
rem sententiam Cancer. var. 2. cap. 6. num. 138.
cum duobus seq. Xam. rer. jud. defin. 141 num. 1.
(præcipue hoc in præfenti nostro casu, vbi ex va-
rijs instrumentis exhibitis in processu plenē con-
stat de obligacione solvendi novem centos solidos
Iaquenses Cavalcan. part. 2. decis. 16. num. 43. Gāc.
vers. 2. cap. 6. numer. 141. in s... quo citat, &
sequntur Xam. rer. judicatar. defin. 141. num. 3.) Et
bonitas intrinseca monetæ in dubio non intelli-
gitur mutata Hieron. Gabriel. consil. 164. num. 3.
lib.

*lib. I. Antoni Gabriel. de solut. conclus. I. num. 36.
Sola de moneta casu 7. num. 4. &c. 5. Sardus. consil.
438. num. 5. Luterius de re beneficior. lib. I. quest. 39.
num. 16. Solvenda igitur est dicta moneta laque-
sis iuxta estimationem quam ipsa habet de tempo-
re solutionis. Salvo semper, &c.*

COMES V.I.

1. *Explanatio* *de* *litteris* *scriptis* *in* *scriptis* *litteris* *scriptis*
2. *Explanatio* *de* *litteris* *scriptis* *in* *scriptis* *litteris* *scriptis*
3. *Explanatio* *de* *litteris* *scriptis* *in* *scriptis* *litteris* *scriptis*
4. *Explanatio* *de* *litteris* *scriptis* *in* *scriptis* *litteris* *scriptis*